



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

15. Nullus, etiam Regularis, sine approbatione Episcopi potest
confessiones secularium etiam Sacerdotum audire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

- Suspension. omnibus in particulari disput. 3. questione 1. puncto 4. §. 2. numero 4. vers. ego respondere. Villalob. in summ. part. 1. tract. 11. diff. 12. numero 3. Hieron. Roderic. d. resolut. 10. 6. numero 22. vbi numero 23. subdit tunc indicandam esse utilitatem Ecclesiæ sufficientem ad dispensandum quando pauci ministri existunt. & tunc adeste necessitatem quando non solum habentur pauci Ecclesiæ ministri, sed etiam quando deficitum idonei, & non idonei, additque hanc necessitatem, & utilitatem moraliter debere pensari, non enim in punto indubibili consti- stunt, sed recipere debent eam latitudinem, quæ in aliis rebus moralibus ad arbitrium boni viri attendi solet.*
- 3.** *Vnde non requiri causam utilitatis, & necessitatis, ordinariam, aut publicam, quia Cone. in praetenti remittere videtur hoc negotium arbitrio, & prudentia Episcoporum posita utilitate Ecclesiæ, & necessitate, quam Episcopus iuxta circumstantiam loci, & temporis, aut iuxta conditionem personæ sufficientem indicaverit, tradunt Sorb. in compend. prinsip. verb. Ordines sacri, sub fin. Menoch. de arbitr. casu 427. num. 30. Fr. Emman. d. quest. 24. erit 7. quos referat & sequitur Bonac. d. punct. 6. num. 2.*
- 4.** *¶ Curet Episcopus ut & saltē diebus Dominicis, &c.]* Prefbyteros curam animarum habentes teneri per se, vel per alios celebrare singulis saltē diebus Dominicis, & festis solemnibus, quibus opus est ut satisfacient muneri suo, assertur Nauarr. in man. cap. 25. num. 135. Fr. Emman. in summ. tom. 1. cap. 252. num. 1. Spin. in speculo testament. gloss. 3. princ. num. 63. Iacob. de Graff. in aureis decif. part. 1. lib. 2. cap. 39. num. 7. Azor. in fin. moral. part. 1. lib. 10. cap. 24. quest. 2. & 3. Bonac. de Sacrament. disput. 4. quest. ultim. puncto 7. num. 3. Homobon. de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 4. cap. 14. quest. 133. Molief. in summa Theologia moralis. tract. 3. cap. 14. num. 16. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 24. num. 22. & de officio, & potest. Parochi cap. 11. num. 5. Villalob. in summ. part. 1. tract. 8. dub. 1. num. 5. Ioan. de la Cruz. in direct. Confessio. part. 2. de sacrificio. Missa quest. 1. lib. 8. conclus. Diana resol. moral. part. 2. tract. de celebrati. Missar. resol. 26. Ludovic. à sancto Ioanne de administrat. Sacrament. art. 1. tit. de residencia num. 13. in fin. vbi addit Parochum teneri celebrare diebus non iestiuī ad benedictiones nuptiales impertendit, & pro sepelendo mortuo, vbi cum Missa sepelitur, vnde extra tempus, quo populus tenet ex præcepto Missam audire, ablata confutidine, vel statuto, non esse obligandos Parochos ad sacrificandum tenet Stephan. Fagundez de quinque Ecclesie preceptis p̄ec. 1. lib. 3. cap. 15. num. 8. nouissime Philibet. Marchin. de Sacrament. Ordinis tract. 3. part. 2. cap. 30. num. 1. ex eo, quia hac duo videntur correlativa, in quibus diebus populus non tenet Missam audire, nec teneatur Parochus facrum facere.
- 5.** *¶ Cum promotis per saltum, &c.]* Suscipientem Ordines per saltum incurrire suspensionem ab executione suceptorum, & ministrando fieri irregularem, resolvunt Abb. in cap. 2m. num. 4. & 5 de clericis per saltum pro n. vbi Host. num. 4. Salzed. ad Bernard. in tract. cap. 24. littera C.

Nauarr. in man. cap. 27. num. 242. Henrig. in summ. lib. 13. cap. 35. prope fin. littera P. Tolot. in instruūt. Sacerd. lib. 1. cap. 71. Fr. Emman. in summ. tom. 2. cap. 17. a num. 7. Soaf. de censur. disput. 31. sect. 1. a num. 44. Aul. in simili tract. part. 7. disput. 9. dub. 2. Mar. Alter. cod. tract. tom. 2. disput. 10. cap. 5. vers. verum tota difficultas, & vers. respondere. Bonac. cod. tract. de censur. disput. 7. quest. 3. punct. 4. num. 5. & de sufficiōibus omnibus in particulari. disput. 3. quest. 1. punct. 2. num. 1. Fillius. in quest. moral. tract. 17. cap. 5. q. 3. num. 92. Ego ipse d. part. 2. alleg. 47. num. 1. Campan. in divers. iuris Canon. rub. 10. cap. unico num. 4.

Ordinatum per saltum esse suspensum tantum ab eo Ordine, quem per saltum suscepit, & ita ministrando effici irregularem, non autem ab viu Ordinum inferiorum quos legitime suscepit, tenent Henrig. in summ. lib. 14. cap. 6. §. 3. Aloyf. Ricc. in praxi revm fori Eccles. decif. 318. in 1. edit. alias resolut. 276. num. 2. in 2. edit. & in decif. Curia Archiep. Neapol. p. 4. decif. 1. §. n. 8. Mar. Alter. d. c. 5. vers. hac supposita, Bonac. in de suspensiōibus in particulari disput. 3. quest. 1. punct. 2. num. 10. Ego ipse d. alleg. 47. num. 10.

¶ Si non ministrauerint.] Apostolica indigere dispensatione qui in Ordinibus per saltum suscepit ministraverit, hoc est, qui functiones Ordini per saltum suscepit, aut prætermis exercutus, ex hac loco colligunt Maiol. de irregularib. lib. 4. cap. 11. num. 2. Salzed ad Bernard. c. 24. littera D. Sayr. de censur. lib. 4. c. 14. num. 26. Mari. Alter. d. cap. 5. vers. hoc in toto. Fillius. in quest. moral. tract. 17. c. 5. n. 92. Aloyf. Ricc. in decif. curia Archiep. Neapol. decif. 150. n. 5. part. 4. Homobon. de Bonis de examine Eccles. tract. 12. c. 3. q. 15. resol. 5. Bonacina de suspension. in particulari disput. 3. quest. 1. punct. 2. num. 12. Ego ipse d. alleg. 47. num. 8.

Et procedere non solum cum quis ad Sacros ascendit per saltum, & in eis ministravit, sed etiam si ad minores, decimus referunt Campan. d. cap. 2m. num. 6. Aloyf. Ricc. in decif. Curia Archiep. Neapol. part. 4. decif. 108.

¶ Episcopus ex legitima causa possit dispensare.] Episcopum posse dispensare cum promotis per saltum, siue aliquo sacerdotum Ordinum omisso, siue omnibus, si non ministraverint, tradunt Armend. in addit. ad recop. legum Narra. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 53. vers. item. Molief. in summa Theologia moralis tract. 2. cap. 3. num. 26. Bonac. d. punct. 2. ex num. 12. Mari. Alter. dict. disput. 10. cap. 5. vers. hoc in loco, vbi intelligit siue scienter, siue ignoranter fuerint ita promoti, Ego ipse d. part. 2. alleg. 47. num. 6. & 7. Marcel. Vulp. in praxi iudic. fori Eccles. cap. 8. num. 15. Anton. Diana. moral. resolut. p. 5. tract. 10. resol. 29.

Facultatem à Concilio in praesenti concessam dispensandi cum promotis per saltum non operari ut ordinatus ascenda ad superiorē Ordinem antequam inferiore omissum recipiat, sed vt dispensari possit cum illo ad recipiendum Ordinem omissum, & deinde ad ministrandum in suscepito per saltum, atque ad superiorē ascendendum, tenet Mari. Alter. d. cap. 5. vers. probatur secund. Campan. d. c. unico n. 6. Aloyf. Ricc. in decif. Curia Archiep. Neapol. decif. 150. n. 10. part. 4. Ego ipse d. alleg. 47. num. 12.

Nullus, etiam Regularis, sine approbatione Episcopi potest Confessiones secularium etiam Sacerdotum audire.

C A P V T X V .

1. Doctores de materia cap. agentes.
2. Confessiones etiam secularium clericorum nullus audire potest nisi sit ab Episcopo approbatus.
3. Quamvis sit Doctor, Lector, &c.
4. Confessiones inualide audit non approbatus.
5. Confessio ignoranter Confessario non approbato, quid facere debeat.
6. Regulares indigent approbatione Episcopi illius dig- cesis, quam habitant, cum secularium tantum quamvis Sacerdotum peccata audiē cupiunt.

7. Regulares in Confessarios non approbat Episcopus nisi à Prelatis suis saltē interpretatiū illi pre- sententur.
8. Confessiones secularium etiam Sacerdotum audire non possunt Iesuiti, nisi, &c.
9. Confessiones Regularium Regulares approbati so- lum à suis superioribus audire possunt.
10. Equites S. Ioannis Hierosolymitani possunt confite- ri cum Regulari Sacerdoti à superiore suo tantum approbato.

Regu-

- 11 Regulares Confessores à suis tantum superioribus
Regularibus approbati possunt audire confessiones
secularium qui sunt de familia, & continui com-
mensales.
- 12 Regulari non licet extra Religionem confiteri tem-
pore Iubilei, quo conceditur etiam Regulari fa-
cultas eligendi quemcunque idoneum Confessorem.
- 13 Tertiariarum confessiones sacramentales audire nō
possunt Confessores Regularis nisi &c.
- 14 Confessorius Religiosus electus virtute Bullæ Cru-
ciatæ, aut Iubilei ab alio Religioso pro aliquo casu
Sedi Apostoli, referuato, debet etiam approba-
tionem obtinere ab ordinario Episcopo.
- 15 Regularis viri &que sexus an possint absoluī à Sa-
cerdotibus non approbatis.
- 16 Lectores, & Graduati non debent se idoneos repu-
tare ad confessiones audiendas sine Episcopi ap-
probatione.
- 17 Parochi atq[ue] habentes parochiale beneficium con-
fessiones audire possunt.
- 18 Parochialis beneficij nomine quæ veniant in hac
materia.
- 19 Approbatus dumtaxat ad audiendas confessiones
censetur Parochus in ea cunctate, vel oppido ubi
sita est parochia.
- 20 Parochus in aliena Parochia, & vbiique locorum
potest audire confessiones suorum subditorum.
- 21 Parochus post dimissum beneficium non potest am-
plius absque noua approbatione accipere confes-
siones.
- 22 Intrusus de facto in Parochiali beneficio, vel nul-
lum titulum bonum, aut malum à superiore ha-
bens, inutilidè confessiones audit.
- 23 Approbare Sacerdotes in confessionis ministros
nullus potest preter Episcopum.
- 24 Episcopi electi licet non consecrati possunt approba-
re Sacerdotes in confessionis ministros.
- 25 Vicarius Episcopi potest ex generali concessione fa-
cultatem audiendi confessiones alijs concedere.
- 26 Archiepiscopus dum actu visitat potest absoluere
subditos suffraganorum.
- 27 Capitulum Sede vacante potest approbare, & ex-
ponere confessores per vicarium a se electum.
- 28 Abbates seculares exempti qui in suos subditos
habent iurisdictionem quasi Episcopalem com-
prehenduntur sub nomine Episcopi.
- 29 Approbatio Episcopi illius loci in quo fit, confessio
est necessaria.
- 30 Episcopus in suum Confessarium eligere non potest
Sacerdotem sibi non subditum.
- 31 Approbatus nullus etiam insignis vir censetur sine
examine ad confessiones audiendas, etiam si iniu-
sta sit denegatio.
- 32 Episcopus potest Sacerdotibus concedere licentiam
audiendi confessiones quamvis examini non expo-
natur.
- 33 Approbatio ad confessiones audiendas sufficit
etiam oretenus concessa.
- 34 Approbatio Sacerdotum ad administrandas Sacra-
menta, & ad confessiones audiendas à pari proce-
dunt.
- 35 Approbatus ab Episcopo absque iudicio, vel contra
iudicium sciente non esse idoneum, non censetur
approbatus.
- 36 Episcopus debet Confessariū non solum interius in-
dicare idoneum, verum etiā exteriū approbare.
- 37 Sacerdos si absoluat credens superiore ratam ba-
bere absolutionem de futuro, inutilidè.
- 38 Licentia delegata audiendi confessiones non expirat
mortuo, vel amoto delegante.
- 39 Religiosus qui semel fuit generaliter approbatus si
recedat a diaconi, & postea iterum redeat, non te-
netur nouam querere approbationem.
- 40 Confessarij possunt ab Episcopo suspendi, & exami-
nari si non fuerunt examinati quando approbati
fuerunt.
- 41 Licentia contessa ad beneplacitum Regularibus ad
audiendas confessiones potest quandocunque re-
vocari.
- 42 Confessarij seculares approbati ad certum genus
personarum non possunt ultra facultatem confes-
siones audire etiam vigore Bullæ Cruciatæ.
- 43 Approbationem obtentam ab Ordinario ad confes-
siones audiendas potest suspendere Episcopus suc-
cessor usque ad nouum examen.
- 44 Regularis ab Episcopo antecessore prævio examine
approbatos ad confessiones audiendas potest mo-
dernus Episcopus iterum examinare, & non idoneos
repertos reprobare.
- 45 Approbationem ab Episcopo obtinentes ad certum
tempus, eo elapo non possunt confessiones audire
absque noua Episcopi ipsius licentia.
- 46 Episcopus potest Regularis cum scandalo, & inho-
nestè viventes à confessionibus audiendis repel-
lere.
- 47 Episcopi non possunt adimere facultatem audiendi
confessiones omnibus simul vniuers Conuentus Re-
gularibus Confessarij S. Congreg. in consulta.
- 48 Episcopi iusta existente causa bene possunt Confes-
siorum etiam Regularium approbationem, ac
iurisdictionem restringere, & limitare.
- 49 Vicarios licet temporales appositos in Ecclesiis pa-
rochialibus dependentibus à Religione Hiero-
lymitana debent Episcopi approbare si simpliciter
idonei reperti fuerint.
- 50 Generalis Religionis potest subditos suos quomodo-
libet à confessionibus audiendas suspendere.
- 51 Licentia confessionis audienda debet gratis concedi.
- 52 Cancellario Episcopi non licet pro approbatione ad
confessiones audiendas quicquam exigere.
- 53 Approbatio ad confessiones audiendas valet, quā-
quis non gratis concedatur.
- 54 Sacerdotes etiam ex consuetudine antiquissima sine
approbatione non possunt alijs alijs mutuo cōfiteri.

Quamuis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiunt, decernit ta-
men sancta Synodus, & nullum ^a & etiam Regularem, posse y confessiones secularium, etiam Sa-
cerdotum, audire, & nec ad id idoneum reputari, & nisi aut parochiale beneficium, & aut ab
Episcopis ^b per examen, & si illis videbitur esse necessarium, aut alijs idoneus indicetur, &
approbationem, & que gratis detur, obtineat, priuilegijs, & consuetudine quacumque, etiam immemora-
bili, & non obstantibus.

^a Clem. du.
dum §. ac
deinde, de
seput.

Vide

Vide Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 59. art. 1. & in explicat Bulla Cruciate, fol. 80. Vafq. in 3. part. tom. 3. disput. 219. num. 55. & seq. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Confessores, Valer. Reginald. in praxi fori paenitent. lib. 1. num. 169. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prelat. tom. 1. quest. 45. art. 6. 9. & 11. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 32. num. 62. Bellet. disquisit. clerical part. 1. sit. de disciplina clericorum. §. 4. num. 42. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarre lib. 4. trat. 29. l. 1. §. 1. num. 10. cum legg. Campan. in diuersis canonico rub. 12. cap. 13. num. 55. cum multis seqg. Coriolan. de casibus reservatis part. 1. sect. 2. Ioan. Valer. de different. inter verumque forum. verb. absolutio. differ. 1. & verb. nullitas. differ. 5. Fernandez in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 6. §. 9. num. 16. cum seqg. Homobon. de Bonis de examine Ecclesie tract. 2. cap. 3. quest. 28. late Iul. Lauor. de Isib. & Indulgenc. part. 1. cap. 21. num. 57. cum seqg. Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. part. 2. decis. 1. 46. & part. 4. decis. 22. Vincent. Filliuc. in q. moralibus tract. 7. cap. 8. latè & eleganter Fagundez in quinque Ecclesie precepta. pao. 2. lib. 7. cap. 2. num. 18. eurus multis seqg. Nouar. in singul. Canon. concil. 68. & 69. Peregrin. in comment. ad constit. clericorum. Regul. part. 1. cap. 5. Portel. in dubiis regularibus verb. Confessores. Villalob. in summ. part. 1. tract. 9. dicit. 53. Paul. Layman. in summa Theolog. moral. lib. 1. tract. 6. cap. 10. & 11. Hieron. Roderic. in compendio quest. regul. resol. 31. Bartholom. Gauant. in man. Episcop. verb. Confessori. & num. 6. Barthol. S. Fausto tom. 3 in tract. de Paenitent. lib. 6. q. 41. cum multis seqg. Aldan. in compendio Canonice. resol. 11. sit. 13. Sel. in selectis canon. c. 14. Fr. Ludouic. à Cruce in expofit. Bulla S. Cruciate disput. 1. cap. 2. Trullen. in simili expositio lib. 1. §. 7. cap. 1. Bossi. de triplici Iubilei privilegio sect. 3. caſu 2. Torreblanca in practicabil. Iuris spiritualis lib. 14. cap. 2. & seq. Laurent. de Franchis in controvers. inter Episcop. & Regul. quest. 6. verb. certius fallit. Stephan. Dalduin. de potest. Episcop. & Abbatum cap. 18. cum seqg. Hurtado de Sacrament. tract. de Penit. disput. 10. diff. 16. cum seqg. Machado in el perfeccio Confessor y Cura de Almas lib. 1. part. 2. tract. 1. docum. 3. cum seqg. & tract. 3. docum. 1. cum seqg. Ioan. de Lugo de Sacramento. in tract. de Penit. disput. 21. metipsum de officio. & pofte. Episcopi part. 2. alleg. 25.

2. a Nullum, &c.] Secularium etiam clericorum Confessiones nullum audire posse, nisi sit ab Episcopo approbatus, per hoc decretum afferunt Vafq. tom. 3. disput. 219. n. 55. cum seqg. Soar. tom. 4. disput. 28. sect. 5. & 6. Chamerot. de Sacrament. tract. 7. de confess. dub. 12. Valer. Reginald. in praxi fori paenit. lib. 1. num. 169. cum seqg. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 29. num. 13. Fagundez in quinque Ecclesie precepta. pao. 2. lib. 7. cap. 1. & num. 14. & cap. 2. num. 7. Trulienc. in expofit. Bulla S. Cruciate lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 1. Coriolan. de casibus reservatis part. 1. sect. 1. art. 20. num. 2. Ego ipse d. alleg. 25. num. 1. secundum Lugdunum. impref.

3. Quamvis sit Doctor, Lector, Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico, famosusque Predicator, de cuius scientia per publicam facta, & doctrinae evidentiā, constat, adhuc illum comprehendit sub hoc decreto, tenerique approbationē petere ab Episcopo, tenent Soar. d. disput. 28. sect. 4. num. 3. Henrīq. lib. 3. de penit. 6. §. 2. Menoch. de arbitri. caſu 465. Fr. Emman. in explicat. Bulla Cruciate §. 9. num. 4. in fine. Gutier. Canonice. lib. 1. cap. 6. num. 9. Agid. de Conincid. de Sacrament. tom. 2. disput. 8. dub. 7. num. 49. Fagundez d. lib. 7. cap. 2. num. 68. cum seqg. Bossi. d. sect. 3. caſu 2. §. 1. num. 32. Solorzan. de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 18. num. 29. Hurtado d. disput. 10. diff. 16. Ego d. alleg. 25. num. 14. Barthol. S. Fausto d. lib. 6. quest. 53.

4. Vnde non approbatum inuidiale Confessiones audire resolunt Paul. Santor. de casibus Papalibus & Episcop. cap. 1. num. 28. Sanchez de matrimon. lib. 6. disput. 38. num. 20. Agid. de Conincid. d. disput. 8. num. 49. Piaſec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 1. num. 9. pag. 92. Coriolan. de casibus reservatis part. 1. sect. 1. art. 20. num. 2. nouissime Stephan. VV. cymys ad confititiones 24. ex antiquo rite defumptas. & per Concil. Trident. innovatas constit. 23. num. 10. in fine pag. 269. Ioan. Capeaul. in simili tract. cap. 3. quest. 1. vbi refert sic iuſſe decimum de anno 1580. ad petitionem examinatorium dieceſis Leodien. Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiepiscop. Neapol. part. 4. decis. 22. num. 2. Ioan. Valer. de different. inter verumque forum. verb. nullitas differ. 5. num. 1. Bossi. de triplici

Iubilgi priuilegio sect. 3. caſu 2. num. 79. Torreblanca in practicabil. iuris spirit. lib. 14. cap. 1. num. 11. Laurent. de Franchis in controvers. inter Episcop. & Regular. pag. 28. ad 8. Machado d. lib. 1. part. 2. tract. , docum. , num. 1.

Illum vero, qui Confessario non approbat ignoranter confessus fuerit, ob fidem, quam habuit in Sacramento quoad Deum esse abſolutum. & si deinde scierit illum non esse approbatum, vel requiri approbationem, teneri reiterare confessionem, aſterunt Molſef. in summa Theologie moralis tract. 7. cap. 13. num. 10. Coriolan. d. p. 1. sect. 2. art. 19. num. 3. & 4. & decisum refert Ioan. Valer. d. verb. nullitas differ. 5. num. 2.

5. Etiam Regularem, &c. J. Regulares indigere approbatione Episcopi illius diceſis, quam habitant, cum secularium tantum quamvis Sacerdotum peccata audire cupiunt, tenent per hoc decretum Jacob. de Graff. in auctis decision. part. 1. lib. 3. c. 5. num. 109. Piaſec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 1. num. 10. Fr. Ludouic. Miranda d. quest. 45. art. 8. in fine. Vgolin. de officio Episcopi cap. 20. in princip. Fagundez d. p. 1. lib. 7. cap. 2. num. 13. Bartholom. a. S. Fausto d. lib. 6. quest. 51. Hieron. Roderic. in compendio quest. regul. resol. 32. a. num. 1. Ego ipſe d. alleg. 25. num. 45. secundum Lugdunum. impref. Et comprehendit quoque sub hoc decreto Praelatos Religionum ne audire possint secularium Confessiones sine approbatione Episcopi, resolum Suar. tom. 4. disput. 28. sect. 4. num. 21. Fr. Emman in Bull. Cruc. §. 9. dub. 1. num. 4. Fagundez d. lib. 7. cap. 2. num. 39. Bartholom. a. S. Fausto d. lib. 6. quest. 52.

At Episcopum non approbate Regulares in Confessarios, niſi a Praefatis suis faltem interpretatiue illi expontantur, praesententurque iuxta formam Clement. adiud. §. statuimus, de ſepultur. tradunt Henriquez in summ. lib. 5. de penit. cap. 6. §. 6. Fagundez d. cap. 2. num. 33. quam quidem Clement. quantum ad formam praefendant Prædictatores, & Minores, non esse sublatam per hoc decretum, afferunt Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. q. 50. art. 2. & in addit. ad explicat. Bulla Cruciate. §. 9. num. 30. Fr. Ludouic. Miranda d. quest. 45. art. 6. Hieron. Roderic. d. resol. 32. num. 3. Barthol. a. S. Fausto d. lib. 6. quest. 100. Ego ipſe d. alleg. 25. sub num. 47. in fine.

Confessiones secularium etiam Sacerdotum audire non possunt leſuita, niſi ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idonei iudicentur, & approbationem obtineant, vt per Sel. d. cap. 14. num. 3. attestans ita fuisse decisum sub die 20. Iulij 1619.

9. **y Confessiones secularium, &c.]** Non autem si eorundem Regularium, cum satis sit proprij Superioris Regularis approbatio; & ideo nullum posse audire Confessiones Fratrum, niſi sit a Superiori corundem Fratrum approbatus cum iurisdictionis conſeſſione, prout ante requirebatur, cum mens Concilij fuerit circa Regulares nihil in hoc innouare, sed eos cura ſuorum Praetatorum relinqueret, tradunt Nouar. in man. cap. 4. num. 7. Henrīq. in summ. lib. 3. de Penit. 6. num. 4. Barthol. a. S. Fausto d. lib. 6. quest. 41. over. secundū dico. Soar. tom. 4. disput. 28. sect. 1. num. 4. & sect. 4. num. 5. in princip. Fr. Emman. d. q. 62. art. 4. Fr. Ludouic. Mir. d. tom. 1. quest. 45. art. 11. concil. 2. Molſef. in summ. Theol. moris tract. 7. c. 14. n. 60. Homobon. de Bonis de examine Ecclesie p. 1. tract. 5. cap. 2. quest. 12. Hieron. Roderic. d. resol. 31. num. 21. Hurtado de Penit. disput. 10. diff. 16. Lezana in summ. quest. Regul. cap. 18. num. 27. Vafq. de Penit. quest. 93. art. 3. dub. 3. num. 5. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 9. diff. 5. num. 1. & diff. 4. num. 10. Ioseph. de Ortu in speculo auctor. cap. 10. num. 8. Raguc. de lucerna Parochat. de absol. quest. 120. Ioan. Sanci. in select. disput. 49. num. 2. Ego ipſe d. alleg. 25. num. 45. & 64.

10. Equites S. Ioannis Hierosolymitani posſe conſideri cum Regulari Sacerdote à superiori tantum suo approbato, ſicut poſſunt alij Regulares, tenent Nouar. in tract. de elect. & variat. fori. quest. 69. num. 23. sect. 2. in ultim. impref. Aloys. Ricc. in praxi part. 4. resol. 170. num. 2. Ioan. Sanci. in select. disput. 49. num. 10. vbi num. 9. resolut posſe Clericos Ordinum Militarium sub clauſura viuentium absque approbatione Episcopi aufculcare Confessiones aliorum virorum ſub eadē clauſura viuentium, & ſicutatem etiam habere eligendi Confessariū non approbatū ab Episcopo

- Episcopo, Sacerdotes Ordinum Militarium S. Iacobi, Alcantarae, Calatravae, &c. qui in communitate, & iub clausura vivunt, & probabile afferit S. Iacobi Alcantarae, & Calatravae Sacerdotes posse audire aliorum Militum suorum Ordinum Confessiones absque approbatione Episcopi, & se subiungere ad confitendum Sacerdoti seculari non approbat per Episcopum.
11. Regulares Prelatos, siue alios Religiosorum Confessores posse abique alia licentia, siue approbatione Episcoporum audire Confessiones secularium, qui sunt de familia & continuo commensales, non tamen illorum, qui tantum deseruntur in monasterijs, resoluunt Fernandez in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 9. §. 8. num. 1. Homobon. de Bonis de examine Eccles. tract. 8. cap. 2. quest. 7. in resolut. refert decimam Armandar. in addit. ad recop. legum. Narvaez. lib. 2. tit. 1. §. 7. de Relig. num. 53. & lib. 4. tit. 28. l. 1. §. 1. de confitendo semel in anno. num. 10.
12. Quando tempore Jubilaei cuiuslibet tam seculari, quam Regulari facultas eligendi quemquecumque idoneum Confessorem conceditur, non esse integrum ipsi Regulari extra Religionem confiteri ex decreto Clementis VIII. resoluunt Ludovic. Miranda in man. Pralat. tom. 2. quest. 24. art. 13. Vgolini. de officio Episcopi. cap. 7. §. 2. Homobon. de Bonis. d. tract. 5. cap. 2. quest. 13. Villalob. in summ. p. 1. tract. 9. diff. 59. num. 2. cum seqq. Hieron. Roderic. d. resol. 31. num. 26. Molfes. d. tract. 7. cap. 16. num. 26. vbi ait sapientie dictum quid nunquam Religiosi uti possint Buleis Jubili, aut Cruciate, quod effectum eligendi sibi Confessarium nisi in illis id expresse exprimeretur, & citat Viualdi. in candel. vbi de Confess. n. 25. Fr. Emman. d. §. 9. num. 15. in 3. not. & nu. 24. §. quartu. dico. Valer. Reginald. lib. 8. num. 37. Quarant. verb. Confessor. Barthol. à S. Fausto de Jubilais extraordin. lib. 4. q. 85. vbi tamen contra Naldum resolut. approbatum ad audiendas Confessiones Regularium à Superiori proprio, posse eligi ab ipsi Regularibus ad effectum consequendi Jubileum, & quest. 87. tenet in generali cōfessione facta etiam in Jubilo eligendi quemlibet Confessarium non cōfiteri concessam facultatem Regularibus eligendi Confessarum extra suam Religionem, nisi quando in Bulla Jubilaei daretur Regularibus expresse facultas eligendi que incunquie Confessariū etiam secularē, quia in hoc casu poterunt dicti Regularis quemlibet Confessarium siue alterius Ordinis, siue secularē eligere.
13. Tertiariarum Confessiones sacramentales audire nō posse Confessores Regulares, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad confessiones personarum secularium audiendas, concludit Sel. d. cap. 14. num. 4. attestans ita decisis S. Congr. Episcop. & Regul. in Pistorien. sub die 20. Decembri 1616.
14. Religiosum Confessarium ex deputatis à Pralato, sed electum virtute Bullæ Cruciate, aut alicuius Jubilai ab alio Religioso eiusdem monasterii pro aliquo casu Sedi Apostoli referato, debere etiam approbationem obtinere ab Ordinario Episcopo, quia verba illa Bullæ ad Ordinario approbati, inveniuntur de Episcopo, resoluunt Henricus. in summ. lib. de Indulgent. cap. 12. §. 4. vers. si vero Regularris. & lib. 3. de penit. cap. 6. §. 4. in gloss. K. & §. 9. Ludovic. Lop. in instru. conscient. part. 1. cap. 26. vers. secundu. dico. in fin. Soar. tom. 1. diff. 29. sect. 6. num. 11. Petrus. de Ledesma in summ. part. 1. de Sacram. vbi de Penitent. cap. 13. in 6. dub. quos refert, & sequitur Ioan. Valer. de differ. inter utramque forum. verb. absolutio. differ. 1. num. 33.
- Contuta Fr. Emman. in explicat Bullæ Cruciate. §. 9. dub. 6. num. 9. existimat em non esse necessariam in hoc casu approbationem Episcopi, sed sufficere quod eſet deputatus a suo Pralato ad audiendas Confessiones.
15. Vtrum Regulares utriusque sexus habentes priuilegium eligendi sibi Confessorem de non suis extra Conuentum, possint a Sacerdote electo seculari non priuilegiato dicēcesano approbato valide absoluī vide Stephan. Daluin. de potest. Episcop. & Abbat. cap. 34. num. 6. lib. Communis Patrum sententia est Regulares utriusque sexus posse absoluī a Sacerdotiis non approbatib. ab Episcopo: omnino eam aperiē illud Concilij decretum solum secularē etiam sacerdotes, excipiens personas Regulares utriusque sexus antiqui iuris dispositio-
- ni relinquit, sed ante Concilium licet confiteri Sacerdotibus ab Episcopo non approbatis. Manifeste igitur constat in Concilio non habere locum respectu Regularium, sed omnium secularium sine via exceptione. Ratio fuit, una poluerit Concilium subiugere Regulares Episcopis, quoad Confessiones, quas ipsi faciunt inter se quia ipsi habent proprium & peculiarem modum, quo gubernantur, & proprios Pastores, a quibus Confessores recipere solent, &c. Machado d. lib. 1. p. 2. tract. 2. docum. 2. num. 1. pag. 15. Joan. Sanc. & ab eo citati in select. diff. 49. num. 6. vbi num. 7. subdit quod si aliqui Regulari à Superiori concedetur licetia eligendi sibi Confessarium quem vellet in itinere, posset quidem tunc eligere Sacerdotem secularē non approbatib. ab Episcopo, dummodo sit alia idoneus.
- ¶ Nec ad id idoneos reputari. Lectores, & Graduatos in sacra Theologia non debere se idoneos reputare, sed teneat se præsentare coram Ordinariis, & posse ab illis examini subiecti, vt etiam ultra scientiam de eorum prudentia constet, afferunt Gurtiel. canon. lib. 1. cap. 6. num. 9. Soar. d. diff. 28. sect. 4. Henricus. lib. 3. cap. 6. §. 2. Fr. Ludovic. Miranda d. 9. 4. 5. art. 1. corol. 1. Ioan. Valer. d. verb. nullitas. differ. 5. vers. sexto. Hieron. Roderic. d. resol. 31. num. 9. Agid. de Cominc. de Sacram. tom. 2. diff. 3. dub. 7. num. 49. Fr. Emmanuel in explicit. Bulls Cruciate. §. 9. num. 4. in fine. Fagundez d. lib. 7. c. 2. num. 68. Homobon. de Bonis de examine eccles. tra. 3. 12. cap. 3. quest. 13. resol. 1. in fine. pag. 447. Barthol. à S. Fausto d. lib. 6. g. 53. Ego ipse d. alleg. 25. num. 47. secundum Lugdun. impress.
- ¶ Niſi aut Parochiale beneficium, &c.] Beneficium Parochiale obtinentes eo ipso ad Confessiones audiendas approbatos centri, resoluunt Floron. de casibus referunt, p. 1. cap. 4. §. 12. num. 2. & alii citati per Boffi. d. sect. 3. cap. 2. num. 49. Stephan. Daluin de potest. Episcop. & Abbatum. cap. 23. Torreblanca de iure spirit. lib. 14. cap. 2. nu. 19. Hurtado d. tract. de Penitent. diff. 10. diff. 16. vers. hec autem. Si illud actu habeat, vnde non sufficere habuisse, resoluunt Viualdi. in candel. aureo. vbi de Confess. n. 27. conclus. 2. Soar. d. tom. 1. diff. 28. sect. 4. num. 20. Henricus. lib. 3. de penit. cap. 6. §. 3. in fine, quos refert, & sequitur Fagundez d. precep. 2. libro 7. cap. 2. num. 38. Torreblanca d. lib. 14. cap. 2. num. 18. cum seq.
- Nomine parochialis beneficij in presenti intelligenda esse etiam superiora beneficia habentia curam animarum, ut sunt Archiepiscopatus, & Episcopatus, & vt sunt etiam aliqui Abbates, Archipresbyteri, & Archidiaco[ni], qui habent curam animalium annexam, quia de his omnibus eadem, vel fortasse maior est ratio, tradunt Soar. d. sect. 4. num. 21. Fernandez in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 9. §. 8. num. 1. Fagundez d. lib. 7. cap. 2. num. 41. Ego ipse d. alleg. 25. num. 19. secundum Lugdun. impress. & de officio d. potest. Parochi. cap. 19. num. 2. Filliuc. in quest. moral. tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 257. Antoninus. Diana resol. moral. p. 1. tract. de Bullæ Cruciate, resol. 8. in fine Boffi. d. sect. 3. cap. 2. num. 51. vbi numer. 52. id limitat in Pralatis Religio[n]um, qui ex vi sua dignitatis non habeat iurisdictionem ordinariam in seculari. Stephan. Daluin d. cap. 23. nu. 13. Nisi virtute Cruciate, aut Jubilaei, quia tunc vbique esse eligibilem expresse tenent Soar. d. sect. 4. num. 18. Valer. Reginald. in praxis Episcop. p. 2. cap. 1. num. 10. pag. 92. Homobon. de Bonis de examine eccles. p. 1. tract. 5. cap. 3. quest. 15. Squillante de priuilegi. cleric. cap. 1. num. 73. Ego ipse d. alleg. 25. num. 18. & de officio d. potest. Parochi cap. 19. num. 3. & refert decisionem S. Cong. Stephan. Daluin d. cap. 23. nu. 13. Nisi virtute Cruciate, aut Jubilaei, quia tunc vbique esse eligibilem expresse tenent Soar. d. sect. 4. num. 18. Valer. Reginald. in praxis Episcop. lib. 1. cap. 16. quib. 3. nu. 189. Silvius. in addit. ad 3. part. 9. 8. art. 5. dub. 6. conclus. 1. Homobon. de Bonis d. q. 15. Ioan. Valer. de different. inter utramque forum. verb. absolutio. different. 1. num. 16. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 9. diff. 56. num. 4. Filliuc. d. cap. 9. num. 257. Fagundez d. cap. 2. num. 36. Boffi. d. sect. 3. cap. 2. n. 235. Trullench in expofit. Bullæ Cruciate lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 4. num. 3. Steph. Daluin d. cap. 23. n. 9. vbi afferit hunc Parochium esse vbique capacem iurisdictionis si aliunde conferatur ab eo, qui potest delegare, vel mediante Bulla, aut simili priuilegio eligendi Confessore, refertque hanc esse cōfuctudinem inter

inter Hispanos, Lusitanosque, ut Parochi sese mutuo iument ex solo suo consensu non solum intra eandem diocesim (quod afferit esse certius & frequentius etiam pluribus in locis Gallie, & Lotharingia), sed etiam in confinio diversarum diocesum, hanc partem etiam defendit nouissime Machado *en el perfecto Confessor y cura de almas*, lib. 1. pars. 2. tract. 1. docum. 2. numero 2. pag. 8. Ioan. de Lugo d. tract. de Penit. disp. 21. sect. 1. n. 11. cum seqq. Antonin. Diana moral. resol. tom. 1. tract. de Bulla Cruciate resol. lnt. 8.

Contra Gutier. canon. lib. 1. cap. 27. num. 2. Layman. d. lib. 5. tract. 6. c. 1. n. num. 7. Garc. de benefic. p. 5. cap. 8. n. 87. in ref. ad existimantes parochum extra locum parochiae non posse eligi in Confessarium virtute Cruciate, aut Iubilei.

20. Subditorum verò suorum Confessiones posse parochum in aliena parochia, & vbiique locorum audire afferunt Victor. de confess. n. 152. Sylvest. verb. Confessor 1. q. 13. Couart. præst. 6. 11. num. 4. Anton. Capic. decif. 20. 3. num. 15. Nauarr. in man. c. 27. n. 2. 55. Tolet. in instru. sacerd. lib. 3. c. 13. in fine. Henr. sum. lib. 6. cap. 7. § 1. Fr. Emman. in expos. Bull. Cruciate. §. 9. dub. 4. Zerol. in præst. Episcop. p. 1. verb. parochus. Chamerot. de Sacrament. tract. 7. de confess. dub. 14. Jacob. de Graff. in præst. tasiuum reseruari. lib. 1. cap. 4. num. 57. Ioan. Valer. de differenc. inter utrumque forum, verb. jurisdictio. differ. 10. num. 6. & verb. sententia. differ. 1. Hurtado d. tract. de Penit. disp. 10. diff. 4. vers. obseruandum. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 19. n. 8. & disp. 24. num. 2. & 3. Piafec. in præst. Episcop. p. 2. cap. 1. num. 10. vers. suum. Valer. Reginald. in præst. fori penit. lib. 1. n. 93. & 94. Homobon. de Bonis d. tract. 5. cap. 3. q. 16. Molset. in summ. Theolog. moralis. tract. 7. cap. 15. num. 89. Campan. in diuersi iuri. canon. rub. 12. c. 13. sub 7. Floron. de casibus reseru. p. 1. c. 4. §. 12. n. 3. Bossi. d. sect. 3. casu 2. n. 19. Torreblanca d. lib. 14. c. 2. n. 20. & 21. Ego ipse d. c. 19. n. 5.

